

## 12.

*Der Naumburger Dechant W. von Goch beauftragt als Richter und Conservator der Rechte etc. der Universität Leipzig den dasigen Probst zu St. Thomä die Streitigkeiten des Leipziger Studenten und Domherrn zu Havelberg Henning Schulze mit den Pfarrern zu Manker und Protzen in der Prignitz zu untersuchen und zu entscheiden.* **Naumburg, 1420 Apr. 14.**

*Nach dem Abdruck bei Riedel, codex diplom. Brandenburgensis I. 1,43.*

Wilhelmus de Goch decanus ecclesie Nuenburgensis, iudex et conservator iurium, privilegiorum, libertatum, bonorum ac rerum venerabilium virorum dominorum magistrorum, doctorum et scolarium alme universitatis studii Lipcensis Merseburgensis diocesis una cum cunctis in hac parte collegiis etc. a sede apostolica specialiter deputatus, honorabili viro domino Petro Radeburg, preposito regularium ordinis sancti Augustini . . . sancti Thome apostoli in Liptzk dicte Merseburgensis diocesis, salutem in eo qui est vera salus. Quia in causis per honorabilem virum dominum Henningum Sculten, canonicum regularem ecclesie cathedralis in Havelberghe ordinis Premonstratensis, scolarem et membrum universitatis studii Lipcensis predicte, contra dominum Gherardum Gardelege plebanum in Manker, dominum Hinricum Blecker, plebanum in Protzen nec non a et b in tali loco illius diocesis incedandis, aliis arduis negotiis dicte nostre ecclesie Nuenbergensis propeditiamur esse personaliter, esse non possumus, vobis honorabili viro domino antedicto ad audiendum causas huiusmodi ac eas decidendas et iure debito terminandas comittimus plenarie vices nostras per presentes, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Testes vero qui nominati fuerint, si se gratia, odio, timore vel amore subtraxerunt censura et qua convenit ad perhibendum testimonium veritati compellatis. In cuius rei evidens testimonium presentes nostras literas nostri sigilli appensione iussimus communiri. Datum Nuenborg in curia habitacionis nostre anno domini 25 MCCCCXX die vero XIII. mensis aprilis, nostro sub sigillo presentibus appenso.

## 13.

*Papst Martin V. verleiht der Universität zwei neue Präbenden im Stifte Merseburg, nachdem diese durch gütlichen Vertrag eine zu Naumburg und eine zu Zeitz abgetreten hat.* **Rom, 1421 Jan. 20.**

*Hilschr.: Or. Perg. Archiv der Universität No. 5. mit dem Bleisiegel an Fäden von rother und gelber Seide.*

*Gebr.: Horn, Leben Friedrichs des Streibaren 322.*

*Ann.: In dorso: R<sup>ta</sup> gratis Jo. Worchem.*

!Martinus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam.: Dum attente considerationis perscrutamur indagine, quod per litterarum studia omnium carissimum largitore efficiente domino viri succrescunt scientiis eruditi, divini nominis ac catholice fidei cultus protenditur omnisque prosperitas conditionis adaugeatur | humane votis illis libenter gratiosum offerimus auditum per que huiusmodi studia et illis munere